

- 165 'ille ego qui quondam gracili modulatus avena
 carmina et egressus silvis vicina coegi,
 ut quamvis avido parerent arva colono,
 gratum opus agricolis, at nunc horentia Martis —
 arma virumque cano'.
- 170 obtrectatores Vergilio numquam defuerunt, nec mirum,
 nam nec Homero quidem. prolatis bucolicis Numitorius
 quidam rescripsit antibucolica, duas modo eclogas sed in-
 sulsissime παρωδήσας, quarum prioris initium est:
 'Tityre, si toga calda tibi est, quo tegmine fagi?'
 175 sequentis:
 'dic mihi Damoeta: cuium pecus anne Latinum?
 non. verum Aegonis nostri sic rure locuntur'.
 alius recitante eo ex georgicis [I, 299]: 'nudus ara, sere nu-
 dus' subiecit: 'habebis frigore febrem'. est et adversus Aeneida
 180 liber Carvili Pictoris, titulo Aeneomastix. M. Vipsanius a
 Maecenate eum suppositum appellabat novae cacozeliae re-
 pertore, non tumidae nec exilis, sed ex communibus verbis
 atque ideo latentis. Herennius tantum vitia eius, Perellius
 Faustus furta contraxit. sed et Q. Octavi ομοιοτήτων
 185 octo volumina quos et unde versus transtulerit continent.
-
- 165 'ille ego qui quondam gracili modulatus avena
 carmina et egressus silvis vicina coegi,
 ut quamvis avido parerent arva colono,
 gratum opus agricolis, at nunc horrentia Martis —
 arma virumque cano'.